

Urkunden und Urkundenauszüge II, S. 31 f., Nr. 189; UB Vögte I, S. 220 f., Nr. 467; MGH Const. 5, S. 299, Nr. 356; Altenburger UB, S. 395 f., Nr. 485. — Regest: Georgisch, Regesta II, Sp. 95, Nr. 19; Böhmer, Regesten Kaiser Ludwigs des Baiern, S. 13, Nr. 199.

Ludowicus dei gratia Romanorum rex semper augustus nobilibus viris Heinrico seniori et Heinrico iuniori de Plawen et Heinrico de Gera advocatis fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Effrenata cupiditate, que est pacis emula et mater litium oppido faciente natura novas semper deproperans edere formas litigia cottidie invenire conatur, ut nisi iusticia conatus eius reprimeret pax et quies subditorum, quam semper affectamus, extra mundi terminos exularet. Ideoque iura et executores eorundem provide statuuntur, quod appetitus noxius sub iuris regulis limitetur. Quapropter prehabita deliberacione provida et matura vos et quemlibet vestrum in solidum, in quos actuum vestrorum strennitas et experientia efficax rerum magistra, quibus erga nos et imperium actenus mirifice claruistis, nostre serenitatis arcant^{a)} aciem declinare civitatibus nostris et imperii videlicet Zwickowe, Aldemburch et Kemnitz necnon toti terre Plisenensi iudicis ac iuris execucione longo tempore viduatis in iudices provinciales duximus statuendos. Etiam habentes confidenciam, quod per vestram pervigilem providenciam dictis civitatibus et earum incolis salubriter sit provisum. Mandamus igitur predictis civitatibus, earum incolis ac toti terre Plisenensi, ut vobis et cuilibet vestrum in solidum in omnibus et singulis, prout tenentur, obediant humiliter et intentant. Recognoscimus insuper per presentes, quod indempnitati vestre providere cupientes, super omni dampno, quod vos pro conquirendis rebus nobis et imperio vel alias in servitiis nostris vos incurrere contigerit, indempnes penitus volumus conservare. Dantes vobis has litteras nostre maiestatis sigillo munitas in testimonium premissorum. Datum in castris ante Wartperch, sexto idus aprilis, anno domini MCCCXVI, regni vero nostri anno secundo.

a) arcant (UB Vögte)

49. *Markgraf Friedrich (I.) von Meißen verleiht vorbehaltlich seiner Rechte Berganteile (burgerlehen) an dem Bergwerk zu Fürstenberg an Rat und Bürger zu Zwickau.*

1316 Mai 3, Zwickau

*Original: Stadtarchiv Zwickau, A*A I 1 Nr. 2 (A); Pergament: 30,5 cm breit, 16,5 cm hoch, Plica: 4 cm; Besieglung: Das große Reitersiegel des Ausstellers an rot-gelben Seidenfäden in einer Holzkapsel (Posse, SW I, Taf. 7, Nr. 6). — Abschrift: Stadtarchiv Zwickau, IIIx¹ 141b (Zwickauer Rechtsbuch), fol. 5v^(Sp. 1-2) (14. Jh.) (B); ebenda, IIIId Nr. 13a, Kopialbuch I, fol. XXIV–XXIIr (16. Jh.) (C); Auszug: ThHStA Weimar, EGA, Reg. O 156, fol. 221v (16. Jh.) (D). — Edition: Mencke, *Scriptores Rer. Germ. II*, Sp. 961 (Auszug); Wilke, *Ticemannus*, S. 216 f. — Anm.: Vgl. Herzog, *Chronik II*, S. 47–50, 55. Vermutlich kann der in der Urkunde genannte Vurstemberc mit dem Hohenforst zwischen Weißbach und Kirchberg im Erzgebirge gleichgesetzt werden.*

Wie^{a)} Friderich von gotes genaden lantgreve zcu Duringen, marcgreve zcu Misne und in deme Osterlande und herre in deme lande zcu Plisne bekennen an disem offenem